

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancto Christofero xcv

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

De sancto

Cristofero

stantibus grauer suspirans ait. Gratias deo et sancto iacobo. quia cuius sum meritis liberatus. Cum enim quod monebaris facere vellem. demones ad me venerunt me tam grauer constringentes vt nichil qd ad salutem anime pmeret aliquatenus loqui possem. Vos quippe audiebam sed propterea sus rñdere nõ poteram. Nunc autem sanctus iacobus huc intrauit ferens in sinistra manu sacculum mulieris in dextera baculum pauperis quos in via adiuuera. ita vt burdonem p lancea et sacculum p scuto haberet et demones quasi iratus aggrediens eleuato baculo terruit et fugam conuertit. Nunc ergo ecce beatus iacobus gratia me liberauit. et loquelam restituit. Uocate ergo sacerdotem ad me. quia diu in hac vita esse non possum. Et conuersus vni eorum dixit. Amice noli a modo domino tuo militare quia veraciter est damnatus et mala morte in primo moriturus. Sepulto autem socio cum ille domino suo hoc dixisset. ille pro nichilo hoc ducens. et se emendare prempnens. post modicum lancea in bello confossus interiit.

Cuz cuidam viro de vsilaco vt ait calixtus papa ad sanctum iacobum pperanti pecunia defecisset et ille mendicare erubesceret sub quadam requiescens arbore sompniabat quod sanctus iacobus eum pascebat. Euigilans igitur sub cineribus panem ad caput reperit de quo. xv diebus vixit quousque ad propria remeauit. Singulis enim diebus sufficienter bis de eo comedens sequenti die ipsum in sacculo integrum inueniebat. Refert calixtus papa quod cuius quidam barcinone vrbis. circa annum domini. M. c. ad sanctum iacobum veniens hoc solum postulasse dicit. ne deinceps ab aliquo hostibus caperetur. Rediens igitur psciliam in maria saracenis capis et pluries ab eis p nundinas venditur sed tamen semper cathene quibus ligatus fuerat soluebantur. Cum autem iam. xiiij. vicibus veditus fuisset et duplicibus cathenis astrictus esset. et ille beatus iacobum inuocaret. sanctus iacobus eum appaui dicens. Quia in ecclesia mea consistens post posita salute anime liberationem tamen corporis postulasti. ideo in bec picula incidisti. Sed quia dominus misericors est. misit me vt te redimam. Statimque ruptis cathenis p terras et castella saracenorum partem quandam cathene in testimonium huius miraculi ferens ad terram suam cunctis videntibus et stupentibus rediit. Cum enim eum aliquis capere volebat. visa cathena territus primum fugiebat. Sed cum leones alique fere in eum pdeferta gradientem vellent insurgere. mox visa cathena pcutiebantur terrore nimio et in fugam primum vertebantur. Anno domini. m. ccc. xxviii. in vigilia sancti iacobi in quodam castro quod dicitur paratum

inter florentiam et pistorium sito. iuuenis quidam rusticus quadam simplicitate deceptus. in segetes tutoris sui ignem apposuit eo quod hereditatem suam sibi usurpare volebat. Tentus igitur et confessus ad caudam equi trahendus incendio adiudicatus est. Qui peccatum pfitens et sancto iacobo se deuouens. cum super terram petrosam in sola camisia diutius tractus fuisset. nec in corpore nec in camisia sensit aliquam lesionem. Tandem ad palum ligatus. ligna vnde cunctis pergerunt. igne supposito ligna et vincula pburunt. sed ipso semper beatum iacobum inuocante. nec in camisia nec in corpore aliqua lesio reperitur. Quem dum in ignem vellent iterato iactare a populo eripitur. et deus in apostolo suo magnifice collaudatur.

De sancto cristofero **xcv** **A**
 Cristoferus ante baptismum dicebat reprobus sed postmodum cristoferus dicitur est quasi christum ferens ex eo scilicet quod christum quatuor modis portauit scilicet in humeris p translationem. in corpore per macerationem. in mente p deuotionem. in ore p confessionem sue predicationem.



Cristoferus genere chananeus pcerissime stature vultusque terribilis erat et. xiiij. cubitos in longitudine possidebat. Qui vt in quibusdam gestis suis legit cum staret cum quodam rege chananeorum venit sibi in mentem vt maiorem principem qui in mundo esset quereretur. et ad eundem secum moraturus accederet. Venit igitur ad quandam maximum regem de quo generalis fama habebatur quod maiorem mundus principem non haberet. Quae rex

videns libenter recepit. et in sua curia manere fecit. Quadam autem vice iaculator quidam cantionem coram rege cantabat: in qua frequenter dyabolum nominabat. Rex autem cum fidem christi haberet. quam documque dyabolum nominari audiebat. primum in faciem suam crucis signaculum imprimerebat. Quod videns cristoferus plurimum admirabatur. cur hoc rex ageret. et quod nam huiusmodi signum sibi vellet. Cum autem de hac re regem interrogaret. et ille hoc sibi manifestare nollet. respondit cristoferus. Nisi hoc michi dixeris tecum ulterius non manebo. Quia propter hoc actus rex dixit ei. Quando cumque dyabolum nominari audio. hoc signo me munio. timens ne in me potestate accipiat michique noceat. Cui cristoferus. Si dyabolum ne tibi noceat metuis ergo ille maior et potentior te esse convincit. quem tu in tantum formidare probaris. frustratus igitur sum spe mea. putas quod maiorem et potentior mundum dominum invenisses. Sed iam nunc valeas. quia ipsum dyabolum querere volo ut ipsum michi in dominum assumam et eius servus efficiam. Discessit igitur ab illo rege et dyabolum querere peroperabat. Cum autem per quandam solitudinem pergeret. vidit magnam multitudinem militum. quorum quidam miles ferus et terribilis venit ad eum et quomodo pergeret requisivit. Cui cristoferus respondit. Vado querere dominum dyabolum ut ipsum in dominum michi assumam. Cui ille. Ego sum ille quem queris. Huiusmodi cristoferus se sibi inferum perpetuum obligavit et ipsum pro domino accepit. Cum ergo ambo pergerent et in quadam via communi quandam crucem erectam invenissent. mox ut dyabolum ipsum crucem vidit territus fugit et viam deserens per asperam solitudinem cristoferum duxit et postmodum ipsum ad viam reduxit. Quod videns cristoferus et admirans interrogavit illum cur intantum timens viam planam reliquerit et tantum devians per tam asperam solitudinem ierit. Quod cum ille nullatenus indicare vellet. dixit cristoferus. Nisi michi hoc indicaveris statim a te discedam. Quapropter impulsus dyabolum dixit ei. Quidam homo qui dicitur christus in crucem affixus fuit. cuius crucis signum cum video plurimum pertimesco et territus fugio. Cui cristoferus. Ergo ille christus maior et potentior te est. cuius signum intantum formidas. In vacuum igitur laboravi. nec adhuc maiorem principem mundi inveni. Jam nunc valeas quia te volo deserre et ipsum christum inquirere. **E**t cum igitur diu quassisset quisnam sibi christi notitiam indicaret. tandem ad quandam heremitam devenit qui sibi christum predicavit. et in eius fide ipsum diligenter instruxit. Dixit quoque heremita cristofero. Rex iste cui servire deside-

ras istud requirit obsequium. quia te frequenter invenire oportebit. Cui cristoferus. Aliud a me requirat obsequium. quia istam rem nequaquam agere valeo. Rursus heremita. Multas quoque ordines te sibi facere oportebit. Cui cristoferus. Nescio quid sit hoc nec huiusmodi obsequium perficere possum. Cui heremita. Nosti tale fluvium in quo multi transientes periclitantur et pereunt? Cui cristoferus. Nosti. Et ille. Cum perire stature sis et fortis viribus. si iuxta fluvium illum resideres. et cunctos traduceres. regi christo cui servire desideras plurimum gratum esset. et spero quod ibidem se tibi manifestaret. Cui cristoferus. Utique istud obsequium agere valeo. et me sibi in hoc servitium promitto. Ad predictum igitur fluvium accessit. et ibidem sibi habitaculum fabricavit. portansque locobaculum quandam partem in manibus qua se in aqua sustentabat. et omnes sine cessatione transferrebat. Evolutis multis diebus. cum in domucula sua quiesceret audiit vocem cuiusdam pueri se vocantis et dicentis. Cristofere veni foras et me ipsum traducas. Tocius cristoferus exiit sed neminem reperit. Rediensque in domuculam suam predictam iterum vocem se acclamationis audiit. Qui rursus foras cucurrit sed neminem invenit. Tercia vice ab eodem ut prius vocatus exiit et puerum quandam iuxta ripam fluminis invenit. Cui cristoferum ut se traduceret obnixè rogavit. Cristoferus igitur puerum sibi in humeris elevans et baculum suum accipiens flumen transurus intrauit. Et ecce aqua fluminis paulatim intumescerebat et puer instar plumbi gravissime ponderabat. quantoque magis predebat tanto amplius vnda crescebat et puer magis ac magis cristoferi humeros pondere intollerabili deprimebat. adeo ut cristoferus in angustia multa positus esset. et se periclitari plurimum formidaret. Sed cum vix evasisset. et fluvium transisset puerum in ripa deposuit eoque dixit. In magno periculo puer me posuisti. et adeo ponderasti quod si totum mundum super me habuissem vix maiora pondere perensisset. Ad quem puer respondit. Ne mireris cristofere quia non solum super te totum mundum habuisti. sed etiam illum qui creavit mundum tuis humeris hauristi. Ego enim sum christus rex tuus cui in hoc opere ipse deseruis. Et ut me verum dicere comprobet cum pertransieris baculum tuum iuxta domunculam tuam in terram fige. et mane ipsum floruisse et fructificasse videbis. Statimque ab oculis eius evanuit. Veniens igitur cristoferus cum baculum suum in terram fixisset mane surgens invenit ipsum ad modum palme frondes et dactylos protulisse. Post hoc autem famon civitatem licee venit. Ubi dum eorum linguas non intelligeret. oravit

De sancto

Cristofero

dñm vt illius lingue sibi pcederet intellectu. Dum aut in prece psteret iudices eū insanū putātes eū rel:querūt. Assēcut⁹ cristoferus qđ perebar vultus operiens ad loca certaminis venit. et cristianos qui to:quebant in dño cōsotabat. Tūc vnus ex iudicibus in faciem eū pcussit. Cui cristoferus vultū discooperiens dixit. Nisi xpianus essem meā p̄tin⁹ iniuriā vindicasset. Tūc cristoferus virgam suā in terrā fixit. et vt ppter quersionē ppli fronderet dñm exorauit. Qđ duz p̄tinus factum fuisset. viij. M. hoīm crediderūt. Rex aut. cc. milites qui eū ad se adducerēt misit. Et cū eum orantes inuenissent et sibi hoc intimare timerēt. iterū totidem misit. Qui et ipi cū eo orante p̄tinus orauerūt. Surgēs cristoferus dixit eis. Quid queritis. Qui ei⁹ vultū videntes dixerūt. Rex misit nos vt te ad ipm vinctus ducamus. Quibus cristoferus. Si ego voluerō nec solutus. nec ligatus a vobis duci potero. Dicunt ei. Si ergo nō vis vade liber quocūq; volueris. et nos regi dicemus qđ te nequaq; inuenimus. Non ita inquit sed ego vobiscū vadaz. Ip̄e autē eos ad fidē cōuertit. et ab eis manus sibi tergo ligari fecit et se regi vinctū p̄sentari. Quē rex vidēs territus est. et de sede sua p̄tinus corruit. Deinde a seruis suis leuatus de noie suo et patria eū interrogauit. Cui cristoferus. An baptismū reprobus dicebar nūc autē cristoferus vocor. Cui rex. Stultū tibi nomen imposuisti xp̄i. scz crucifixi qui nec sibi pfuit. nec tibi p̄o desse poterit. Nunc ergo chana nec malefice quare nō sacrificas dijs nostris? Cui cristoferus. Recte vocaris dagnus. qđ tu es mors mundi socius dyaboli. dij autē tui sunt opa manuū hominū. Cui rex. Inter feras nutritus es. et nō potes nisi opa feraliā et hoibus incognita loqui. Nūc ergo si sacrificaueris magnos honores a me consequaris. sin autē supplitijs p̄sumeris. Nolētem ergo sacrificare in carcere mitti iussit. acillos milites qđ ad cristoferū missi fuerant p xp̄i nomie decollari fecit. Deinde duas formosas puellas quarum vna dicebat nicea et altera aquilina secū in carcere recludi fecit. pmittēs eis multa munera si eū ad peccandū secū allicerent. Qđ vidēs cristoferus p̄tin⁹ in ordē se dedit. Sed cū a puellis plausu manuū et amplexibus vgeret surrexit et ait illis. Quid queritis et ob quā causāz huc introducte estis? At ille claritate vultus eius p̄territe dixerūt. Misere re nostri sancte dei. vt in deū quē predicās crede re valeamus. Qđ audiens rex eas ad se duci fecit dicens. Ergo et vos seducte estis. Per deos iuro. qui nisi dijs sacrificaueritis mala morte peribitis.

Que rñderunt. Si vis vt sacrificem⁹ iube plateas mundari. et omīs ad templū cōgregari. Quo facto cū ille introissent templū soluentes cingulū suū posuerunt in colla deoz. et ad terrā trabētes in puluerē confregerūt. dixerūtq; astantibus. Ite et vocate medicos vt curent deos vestros. Tūc iussu regis aquilina suspēdit. et ligato ad eius pedes in genti saxo mēbra eius oīa dirūpuit. Que cū migrasset ad dñm. soroz eius nicea in igne p̄iicā. sed inde illesa exiens p̄tinus decollatur. Post hoc cristoferus regi p̄ntatur. Qui iussit euz virgis ferreis cedi. et cassidem ferreā et igneā in caput eius poni. Deinde scampnū ferreū fieri fecit et cristoferus ibidem ligari. et ignem iniecta pice succendi. Sed instar cere scampnū cōfringit. et cristoferus illesus egredit. Deinde iussit eum ad stipitem ligari et a cccc. militibus sagittari. Sagitte autē omēs in aere suspēdebant. nec ipm aliqua p̄tingere potuit. Rex autē putās ipm a militibus sagittatū. cum eidem in saltaret. subito vna de sagittis ab aere veniens et retro se vētēs regē in oculo pcussit. et ipm p̄tin⁹ excecavit. Cui cristoferus. Crastina die consummā dus sum. Tu igitur tyranne lutū de sanguine meo facies. oculū inunges. et sanitatē recipies. Tūc iussu regis ad decollandū ducit. et ibi fusa orōne decollat. Rex aut modicū de sanguine eius accipiens. et sup oculum suū ponēs ait. In nomie dei et sancti cristoferi. Et cōtinuo sanus effectus est. Tūc rex credidit. dans p̄ceptū vt si quis deū et sanctū cristoferū blasphemaret. continuo gladio feriretur. Ambrosius aut in p̄fatione sic ait de hoc martire Cristofero tante virtutis cumulū et doctrine grām dñe contulisti. vt. xlvij. milia hoīm de gentilitatis errore ad xp̄iani dogmatis cultū cōuersitibus miraculis reuocaret. Quiq; niceā et aquilinā publico lupanari longo tpe sub meretricia sorde famulantes ad castitatis habitū puocauit. easdēq; coronā p̄cipere edocuit. p̄pterea inter igneū rogū ferreo scampno p̄strictus nimis calorē non timuit atq; p̄ diē integrū omniū militū sagittis transfigi non potuit. Cerey vna ex his carnificis oculū collisit. cui tū beati martiris cruor mixtus cū terra lumē restituit. et corpis cecitatem tollendo illu minauit et mentē. Nam et apud te venias impetrauit atq; vt morbos et ifirmitates repellat suppliciter obtinuit.

De septem dormientib⁹ xcvi A
Septem dormientes in ciuitate ephesi orti sunt. Decius autē imparoz p̄sequens cristianos. cum venisset ephesum iussit edificari tēpla in medio ciuitatis vt omīs cum eo miscerentur